

malem, & per Abbatem certioretur Eminentissimus Episcopus de peccata delinquentibus imposita. Ad quintum negative.  
 26 De materia hujus articuli consule, si libet, Zoes. in Decretal. lib. 5. tit. 30. num. 165. 33  
 (Iteretur adnotatio in fine articuli præcedentis assignata.)

EXECUTOR LITERARUM APOSTOLICARUM.

SUMMARIUM.

- 1 Executorum duplex genus, & quomodo unum ab altero distinguatur, ad num. 7.
- 2 Executor quis facere debeat ante executionem literarum Apostolicarum, ad num. 9.
- 10 Executor literarum Apostolicarum an procedere possit absque illarum exhibitione in Cancelleria Episcopali.
- 11 An possit Ordinarii executionem literarum Apostolicarum impedire, vel eas exequi cum alioquin non possit.
- 13 Dispensationum Matrimonialium commissiones quibus demandari solent, quibus vero non, ad num. 19.
- 20 Quas literas Apostolicas Vicarius Capitularis exequi possit, vel non, ad num. 32.
- 33 Executor quomodo se gerere debeat in executione, & an possit unquam aliquid accipere pro eadem, ad numer. 38.
- 39 Quam debent, vel possint jure, vel privilegio in Executoribus eligi dispensationis exequi potest, Felini. cap. final. num. 38. de præsumpt. aliiq. adducti à Rota in dec. 508. num. 2. cum sequenti. coram Pamphil. & dec. 209. num. 4. coram Davair. Card. Petra. loc. cit. num. 10.
- 45 Utrum hujusmodi Executors ab Episcopis & à Penitentibus tunc necessario approbandi, ad num. 47.
- 48 An Executors debeant adhibere testes ad executionem, & quid postea facere debeant de literis Apostolicis, ad numer. 49.
- 50 Circa reliqua ad Executors spectantia lector remittitur alibi.
- 51 Utrum Episcopus, qui Vicarium non habet, possit exequi literas Apostolicas Vicario Generali directas.
- 52 Substituuntur Additiones ex aliena manu, ad num. 64.
- 1 Executor alius est merus, & alius mixtus. Executor merus est, qui post negotium jam plene discussum deputatur, ita ut nihil aliud illi restet nisi actualis executio; leg. Execut. 8. C. de exec. rei jud. & leg. Sicut proponis 6. C. eod. Unde Executori committitur nudum, seu merum exercitium executionis absque exercitio jurisdictionis, uti communiter fit in literis gratiosis Papæ; si tamen adsit legitimus contradictor, & possessor in beneficio, tunc ex mero effectu mixtus. Executor mixtus est ille, qui simul partes Judicis assumit, ut si Papa ei committat in forma dignam, tunc enim examinare debet narrata &c. ubi e contra executor merus non cognoscit de subreptione, sed hanc advertens nuda cessat ab executione; Rota de executione liter. apostol. part. 1. cap. 6. à num. 2. & communis aliorum. Quando in rescriptis additur Vocato Titio, tunc executor est mixtus, præsertim quando Papa ipse non facit gratiam, sed committit faciendam; Rota loc. cit. cap. 8. num. 1. & alii passim.
- 3 Sic efficitur executor mixtus per clausulam Amoto; Rota part. 2. dec. 159. num. 3. part. 3. dec. 451. num. 3. part. 16. dec. 107. num. 6. part. 18. tom. 2. dec. 420. num. 17. Card. de Luca de benef. disc. 73. num. 24. de jure patron. disc. 51. sub num. 6. Et per clausulam constitutus; Rota part. 5. tom. 1. dec. 65. num. 7. & 8. Card. de Luca de benef. disc. 72. num. 6. disc. 73. num. 24. Vel per alteram dummodo verificato jure patronatus; Rota part. 8. tom. 2. dec. 410. num. 2. Card. de Luca de jure patron. disc. 51. sub num. 6. Et per clausulam vocatis vacantibus, vel accedente consensu; Rota part. 1. dec. 22. num. 3. part. 25. dec. 525. num. 7. part. 16. dec. 222. num. 6. Card. de Luca de benef. disc. 48. num. 4. disc. 72. num. 6. disc. 73. num. 24. de jure patronatus. disc. 41. sub num. 6.

do alienat. disc. 13. num. 5. Item efficitur executor mixtus per clausulam dummodo non sit alteri jus questum; Rota part. 4. tom. 1. dec. 451. num. 17.  
 Executor Apostolicus debet in primis requirere justificationem literarum apostolicarum; Rota part. 3. recent. dec. 129. num. 5. Non enim eas exequi debet absque earum justificatione; Rota part. 7. dec. 147. num. 5. Nec potest procedere ante illarum presentationem; Rota part. 1. dec. 166. num. 11. Secus injuste procederet; Rota part. 11. dec. 329. num. 5. part. 11. dec. 369. num. 14. Executor literarum apostolicarum procedere potest absque illarum exhibitione in cancellaria episcopali; Sacra Congregat. Concilii in Turritana 15. Novembris 1704. ibi: «II. An executor deputatus in literis apostolicis procedere valeat absque illarum exhibitione in cancellaria archiepiscopali? & quatenus negative, «III. An Archiepiscopus procedere possit in casu contraveniens? IV. An rescripta apostolica emanata contra Archiepiscopum, ejusque officiales, certis executoribus directæ, sint exhibenda in ejus cancellaria?» Sacra Congregat. respondit ad 2. affirmative, ad 3. & 4. negative, lib. 54. decret. pag. 415. Executionem literarum apostolicarum impedire non possunt Ordinarii ex decreto Concilii Tridentini; Gregorius enim XIII. constituit. incipient. Ad Romanos: expresse declaravit, quod ex literarum apostolicarum executione eidem Concilii decreto nullimodo contravenitur; quapropter nemo deinceps auderet sub hujusmodi cavillationis prætextu earundem liberam executionem impedire, sive executores molestare; Card. Petra tom. 4. commentar. in cons. 2. Martini V. num. 9. Ordinarius nec cumulative cum execute deputato literas apostolicas exequi potest; Felini. cap. final. num. 38. de præsumpt. aliiq. adducti à Rota in dec. 508. num. 2. cum sequenti. coram Pamphil. & dec. 209. num. 4. coram Davair. Card. Petra. loc. cit. num. 10.  
 Dispensationum matrimonialium commissiones, si extra curiam fiant, locorum Ordinariis, vel eorum Vicariis Generalibus solent demandari, sic praxis quotidiana, & est ad tenorem Concilii Tridentini sess. 24. cap. 5. de reformat. & Rota coram Molino dec. 693. num. 2. Vicariis Prelatorum inferiorum jurisdictionem quasi episcopalem habentium, non committuntur, cum hi Vicarii in dignitate ecclesiastica non sint, nec eorum officium dignitas æquiperaret. Garzias de benef. part. 6. cap. 2. § 1. num. 147. Barbosa Juris eccles. univers. lib. 1. cap. 5. num. 29. & alii passim; & sic servare stylium curiæ testatur Pirrus Corrad. in præxi dispensat. Apostol. leg. 7. cap. 4. num. 57. ubi etiam asserit sic fuisse à Sacra Congregat. decisum. Excipit tamen dictus Pirrus Vicarium Abbatem Montis Cassinen. quem asserit esse in possessione, uti sibi hæc commissio dirigitur ex Indulto specialis Sixti V. Ad illos solos Prelatos sunt dirigende, qui jurisdictionem quasi episcopalem exercent & sunt nullius diocesis; Seraphin. dec. 1052. num. 1. Cocchi. dec. 346. num. 7. Rota in novissimis dec. 45. num. 4. coram Merlino, & sic fuisse à Sacra Congregat. decisum de anno 1593. in una Prioratus de Valez. Ordinis S. Jacobi; testatur idem Garzias loc. cit. num. 142. ubi refert verba dictæ decisionis, ut sequitur: Sacra Congregat. tenuit, dispensationes matrimoniales, & alias quascumque subditis inferiorum Episcopis à Sede Apostolica concedantur, si eas extra Romanam Curiam committi contigerit, & illi inferiores nullas diocesis existant, & jurisdictionem quasi episcopalem habeant, eidem inferioribus, non autem viciniioribus Episcopis esse committendas. Hieronymus Cardinalis Mattheus.  
 Brevia directæ constituti in dignitate possunt expediti per Canonicos cathedralis; Gloss. in leg. Vel universorum ff. de pignoratitia actione. Genuensi. in præxi cap. 69. num. 10. Vincentius de Justis de dispensatione matrimonial. lib. 1. cap. 5. num. 14. & alii. Matrimonialis tamen dispensationes Canonicis cathedralis non committuntur; De Justis ibidem num. 15. Immo nec Sede episcopali vacante hujusmodi dispensationes committuntur Vicario Capitulari, sed Episcopo viciniori, seu ejus Vicario Generali quo casu literæ commissionis de stylo curiæ concipiuntur sub ista forma: «Discretioni tue &c. cum

cum ut dicti Oratores asserunt, sedes episcopalis N. præpresens vacet, & Venerabilis Frater noster Episcopus N. viciniori Ordini qui nunc vivat, existat, per apostolicam scriptam mandamus &c. Sic refert & tenet De Justis loc. cit. num. 22. & tenet Garzias de benef. p. 6. cap. 2. num. 44. Squillant. de privileg. Clericor. cap. 2. num. 200. Ceval. qq. comm. contra commun. quest. 771. num. 9. Monacell. tom. 2. tit. 16. form. 10. sub num. 14. Barbosa Juris eccles. univers. cap. 28. num. 58. cum multis aliis, ubi refert sic declarasse Sacra Congregat. Concil. sub die 23. Maii 1622. nempe dispensationes matrimoniales directas Episcopo, & ejus Vicario Generali, si Sedem vacare contingat, non posse per Vicarium capitularem expediti. Nec etiam Vicarius capitularis Sede vacante potest exequi literas apostolicas in forma dignam & Episcopo defuncto directas; Sacra Congregat. Concil. in Camerinen. 2. Augusti 1631. Potest tamen Vicarius Capitularis executioni demandare literas directas Episcopo per Sacram Congregationem, & ab illo non executas; Congregat. Episcop. in Mesan. 10. Aprilis 1615. Item Vicarius capitularis potest exequi omne id, quod Episcopo mortuo per Bullam, seu Breve in causis jurisdictionem importantiibus erat concessum; Sacra Congregat. Episcop. in Tranen. 26. Janu. 1604. & in Neapolitana 10. Februarii ejusdem anni 1604. Item Vicarius capitularis potest perinde ac Vicarius Episcopi esse executor gratiarum, & literarum apostolicarum tamquam in dignitate constitutus; Sperell. dec. 31. num. 5. Sbrozius de offic. Vicar. lib. 2. quest. 23. num. 3. De Justis loc. cit. num. 20. & alii.  
 Deputato Vicario non potest exequi Episcopus, nec e contra; quoad hujusmodi enim dispensationum executione ille solus procedere potest, cui commissæ est dispensatio; quia ista facultas competit jure delegato, & non ordinario, ut recte Trullench. oper. moral. tom. 3. lib. 7. cap. 10. dub. 6. num. 5. Sperell. dec. 97. num. 107. & 110. Dec. in cap. Quoniam, de offic. delegat. & ibi Abbas num. 15. Reiffenstuel in appendice ad lib. 4. decret. num. 298. & cum multis aliis De Justis loc. cit. num. 55. & 72. Et si aliquo casu facta esset commissio Episcopo, vel ejus Vicario, tunc facta presentatione uni, non possit alter se introumittere; cap. Cum plures 8. de offic. delegat. in 6. Piascius in præxi. Episcop. part. 2. cap. 4. num. 7. Sperell. dec. 97. num. 11. Gratianus disceptat. 26. Forens. cap. 92. num. 7. & alii. Si Vicarius delegatus mortuus sit, vel ab officio remotus, debeant literæ per successorem in vicariatu executioni demandari; Garzias de benef. part. 6. cap. 2. num. 34. Sperell. dec. 166. n. 7. Parisius de resignat. benef. lib. 1. cap. 11. num. 17. plurimi alii cum Vincent. de Justis loc. cit. num. 56. Quando Papa in commissione non exprimit nomen Vicarii, respicit tribunal, & non personam; unde hujusmodi delegatio non est personalis, sed realis, quæ transit ad successorem; Gratian. discept. forens. cap. 92. num. 20. & cap. 378. num. 11. Sanchez lib. 8. disput. 27. num. 2. & 28. Reginald. lib. 31. cap. 27. num. 209. Filliucc. tractat. 10. cap. 10. part. 2. num. 343. tom. 1. & alii passim. Si vero in literis expressum sit nomen Vicarii, & tribunalis, tunc si primo loco appositum sit nomen proprium, ut si dicatur Dilecto Filio Paulo Vicario &c. censetur commissio personalis, & non transit ad successorem; sed quævis etiam desideret esse Vicarius, adhuc remanebit Delegatus. Si vero commissio facta sit dignitati, non expresso nomine Vicarii, tunc quia hujusmodi dignitas est perpetua in ecclesia, transit ad successorem; Gutierrez de matrim. cap. 125. num. 4. Sanchez lib. 3. disput. 27. num. 11. De Justis loc. cit. num. 59. & alii.  
 Vicarius Episcopi adhuc non consecratus, sed solum confirmatus, potest dispensationes exequi; Barbosa Juris eccles. univers. lib. 1. cap. 15. num. 28. Pirrus Corrad. in præxi. dispens. apostol. lib. 7. cap. 4. num. 45. Sbrozius de offic. Vicar. lib. 2. quest. 23. num. 4. Gutierrez de matrimo. cap. 125. num. 14. Sanchez lib. 8. disput. 27. num. 35. & alii. Vicarius, si fiat Episcopus illius diocesis, non poterit exequi dispensationem sibi commissam, sed ejus in vicariatu successor; quia cum commissio fuerit facta Vicario, & Vicarius diversus sit ab Episcopo, non

debet de diversis fieri illatio; leg. Sed si ante 17. ff. de exceptionib. leg. Papinianus 20. ff. De minoribus. cap. Ad audientiam 12. de decimis; (A sensu contrario idem asserit lex 11. tit. 23. part. 3. Conducit lex 5. tit. 33. part. 7.) Lotterius de re benef. lib. 1. quest. 24. num. 83. Parisius de resignat. lib. 11. quest. 8. num. 2. De Justis loc. cit. num. 66. & alii. Vicarius potest exequi literas, quamvis Episcopus esset aliqua causa excommunicatus, vel suspensus; cap. 1. de offic. Vicarii in 6. Barbosa Juris eccles. univers. lib. 1. cap. 15. num. 44. Sbrozius de offic. Vicarii lib. 3. quest. 18. num. 1. Squillant. de obligat. Clericor. part. 3. num. 97. & de privileg. Clericor. cap. 3. num. 519. De Justis loc. cit. num. 80. Executor quicumque sit, debet ad unguem servare formam præscriptam in literis, quarum vigore procedit; Rota part. 6. dec. 200. num. 4. secus minus legitime procedit, ubi non servat formam præscriptam; Rota part. 4. dec. 161. num. 5. Immo nulliter & injuste procedit, si mandet exequi literas contra formam Juris; Rota part. 18. tom. 2. dec. 473. num. 3. & 6. Non enim potest excedere fines suæ commissionis, secus nihil agit, nulliter procedit, & reddit omnia ab eo gesta irrita, & nulla; Rota part. 5. tom. 1. dec. 344. num. 13. part. 11. dec. 9. n. 15. & 16. part. 16. dec. 377. num. 20. (Consonant leg. 19. 20. & 21. tit. 4. part. 3. Vid. add. nov. hispal. lit. A pag. 188. col. 2. num. 9. & verb. Delegare, per tot.)  
 Executor, pro executione nihil prorsus potest accipere etiam sponte oblatum. Habetur expresse in formula literarum apostolicarum pro dispensatione super impedimento consanguinitatis, ibi: Mandamus quatenus deposita per te omni spe cujuscumque muneris, aut præmii, etiam sponte oblato, à quo te omnino abstinere monemus; & infra: Volumus autem, quod si sprete monitione nostra hujusmodi aliquid muneris, aut præmii occasione præmissarum exigere, aut oblatum recipere præsumperis, excommunicationis lata sententia panam incurras, qua tantum innotata existat, donec per satisfactionem condignam absolute resolutionis beneficium à Sede Apostolica merueris obtinere.  
 Quæ prohibitio, etiam de esculentis, & poculentis quæ paucis diebus consumi possunt, intelligenda est; Corrad. in præxi dispens. apostol. lib. 7. cap. 6. num. 15. Vincent. de Justis lib. 2. cap. 6. num. 141. Sanchez lib. 8. disput. 35. num. 12. & alii passim. Et ratio est, quia prohibitio Papæ est universalissima, ibi: Cujuscumque, & si aliquid, quibus verbis omnia comprehenduntur, argum. leg. Quacumque ratione ff. de Procurat. etiam modica, ut bene advertit Barbos. de Axiom. 151. num. 70. Tum quia verba generalia generaliter sunt intelligenda à cap. Quia circa, de privileg. (Vid. pag. 251. in fin. num. 12. lit. A. & lit. B. pag. 428. in fin. num. 9.) Nec datur in hoc interpretatio, cum verba sint clara; in claris enim non admittitur interpretatio; argum. leg. Ille, ut ille 25. ff. De legat. ibi: Cum in verbis nulla ambiguitas est, non debet admitti voluntatis questio. (Inter plurimos alios textus, qui in comprobationem adduci poterant, sufficient leg. 13. tit. 3. 28. tit. 9. p. 6. §. 3. p. 7.) Hinc neque sub prætextu laboris in studendo processu, examinandis testibus, capiendi informatione &c. Neque ratione sigillii, papyri, expeditionis aut taxæ Delegatus aliquid accipere potest, prout expresse declaravit Sacra Congregat. apud Corrad. citat. lib. 7. cap. 6. num. 14. De Justis loc. citat. num. 143. Diana part. 2. tract. 13. resol. 71.  
 Potest tamen Notarius accipere aliquid, nempe quartam partem aurei pro examinandis testibus, & sumendis ceteris informationibus, prout expresse habet Sacra Congregat. declaratio apud Corrad. his verbis: Gratis etiam dispensationes matrimoniales concedendo sunt, quod etiam Ordinarii, quibus ista dispensationes committuntur, suum officium gratis præsentent, ita ut nec ipse Vicarius aliquid suscipiat pro mercede, & Notarius vero pro examinandis testibus, & sumendo ceteras informationes, quartam partem aurei, seu ducati accipere possit.  
 Immo post executionem factam etiam ipse executor potest aliquid gratis oblatum accipere, minime vero aliquid præterdere; Ita Sanchez lib. 8. disput. 35. num. 14. Vicent. de Justis lib. 1. cap. 6. num. 245. & alii; eo quod tunc jam cesset ratio prohibitionis, quæ est, ne

Judex muneribus excæcatus inique dispenser, cessante enim ratione & causa legis, cessat ipsa lex; leg. Adigere §. 2. ff. de Jure pat. (Astruitur assertum leg. 30. ibi: de otra manera: 31. ibi: por otra ninguna razon: tit. 18. part. 2. Vid. addit. hisp. pag. 308. lit. B.) cum ratio legis sit anima legis leg. Cum ratio ff. de bonis damnatorum. (Vid. lit. A. pag. 198. col. 2. in add. nov. hisp.)

39. Executor dispensationis apostolicæ pro foro interno super impedimentis matrimonii occultis potest esse Magister in Theologia, vel Doctor decretorum; sive Juris canonici; patet ex clausula in ipsis literis apponi solita, ibi: *Dicere viro Confessori, Magistro in theologia, vel decretorum Doctore ex approbato ab Ordinario per Latorem presentium ad infrascripta specialiter eligendo.* Unde inferunt Sanchez cit. lib. 8. disc. 34. num. 9. Lezana verb. Literæ Apostolicæ num. 14. Diana part. 8. traçt. 3. resolut. 103. Vincent. de Justis lib. 1. cap. 8. num. 101. & alii committunt, non posse exequi prefatas literas Lectores, & Professores Regulares, qui juxta Ordinis statuta vocantur Magistri theologie, vel Juris canonici, nisi in publica aliqua universitate, vel academia realiter, & formaliter insigniti sint laurea Doctoratus, aut id eis ex speciali competat apostolico privilegio. Sic ex speciali privilegio apostolico possunt literas Sacre Penitentiarie exequi, aut prout opus fuerit dispensate, Lectores Jubilati Fratrum Minorum de Observantia prout eis expresse concessit Innocentius XI. 27. Novembr. 1679. Constit. incip. Exponi nobis: Item ex speciali privilegio possunt tales literas exequi Patres Confessarii Societatis Jesu, non quidem omnes, sed illi, qui ab eorum Præposito Generali, vel de ejus licentia ab illis Societatis superioribus ad id specialiter designati fuerint, etiam si Doctores Theologie, vel sacrorum Canonum non existant, prout eis expresse concessit Gregor. XIII. 3. Aprilis 1582. concessionis sequentis tenoris, *Sed possunt Sacerdotes Societatis Jesu designati per Præpositum Generalem, aut de ejus licentia per alios superiores Societatis & a locorum Ordinarios approbati, vel approbandi, etiam si nulla gradu sint insigniti, aperire literas Sacre Penitentiarie destinatas Magistris in theologia, vel in Jure canonico Doctoribus, & auditis confessionibus recurrentium ad ipsos, imposita illis penitentia in literis expressa, vel de jure infligenda, eos absolvere, ac in foro conscientie quas-cunque sibi, verbo, vel scripto commissas absolutiones, dispensationes, penitentiarum injunctiones excipere, & exequi.* Idem possunt excommunicatione cum privilegiis Societatis alii Mendicantes, ut recte notat Sanchez lib. 8. disp. 34. num. 11. Rodriguez tom. 1. q. 1. Regul. quest. 62. d. num. 3. in fine. Vincent. de Justis lib. 2. cap. 8. num. 103. & alii.

44. In casu quo Sacra Penitentiarie commissionem, & inscriptionem ita faciat, ut pluries pro faciliore executione, & expeditione suarum literarum solet facere: *Discretio viro Confessori ex approbato ab Ordinario, tunc poterit quivis approbatus ab Ordinario, vel alius per dictas literas specialiter deputatus illas exequi, etiam si non sit Magister in theologia, nec decretorum seu Juris canonici Doctor, quia in ipso videtur Sacra Penitentiarie dispensare, nec requirere tales qualitates seu gradus, quamvis non sit aliunde ad hoc privilegiatus, sive sit Confessarius secularis, sive Regularis. Executor debet esse approbatus ab Ordinario loci, in quo literas exequitur, ut declaravit Sacra Congreg. teste Vincentio de Justis lib. 1. cap. 8. num. 99. Et debet esse à penitente specialiter electus, ut patet ex verbis clausula supra adductæ*

46. num. 38. Quod si unus Confessarius à penitente electus exequi recuset, vel ob nimium rigorem penitenti displiceat, potest penitens alium eligere; Sanchez lib. 8. disp. 27. num. 40. Gurtierrez de matrimo. cap. 125. num. 18. Lezana verb. Literæ Apostolicæ num. 29. de Justis lib. 1. cap. 8. num. 122. Corrad. cit. lib. 7. cap. 4. num. 72. dicens ita sepe interrogatam semper respondisse ipsammet Sacram Penitentiarie. Executor ad executionem non debet adhibere testes, ut patet ex sequenti clausula

49. in literis apponi solita: *Nullis super his testibus adhibitis, aut literis datis. Debet autem literas lacerare, & nullatenus potest eas restituere Oratori, seu Latori,*

ut patet ex sequenti clausula in literis apponi consueta: *Presentibus laniatis, quar sub pena excommunicationis late sententia laniare teneris, ita ut nullam eorum exemplam extet, neque latori restitui.* Alia de executoribus literarum apostolicarum vide apud Rosam de exec. lit. apost. part. 1. & 2. ubi omnia de ipsis accurate explicat.

Episcopus, qui ob tenuitatem redditum etiam de consensu Sacra Congreg. Episcoporum non retinet Vicarium, nequit exequi literas apostolicas Vicario directas; Sacra Congreg. Concil. in Aquilana 14. Novembr. 1643. ad cap. 5. sess. 22. de reform. apud Pignatelli tom. 1. consult. 342.

Executionem literarum apostolicarum uti Delegatum Principis posse subdelegare, communis Doctorum sententia est. At dubitatur, an hac ipsa polleat potestate certus executor in literis apostolicis ita datus: *Per se ipsum procedat: Per se ipsum cognoscatur: Conscientiam tuam oneramus.* Si enim relatis, vel similibus verbis electa sit industria personæ, certum est, quod is tamen delegatus sit Principis, nequeat subdelegare. Contrarias inter se opiniones refert Rigant. in comment. ad Regul. Cancellar. Regul. 48. num. 8. & plur. sequent. qui tamen concludit non posse subdelegare si in literis apostolicis dictum sit. *Per se ipsum procedat, Per se ipsum cognoscatur;* posse vero subdelegare, si ea tantummodo apposita sint verba: *Conscientiam tuam oneramus;* idque quia verbis prioribus, non item posterioribus videtur electa industria personæ.

De Auditore Camere, qui est executor omnium literarum apostolicarum, an cumulative procedere valeat ad executionem literarum apostolicarum, non incongrue hic queritur? Invaluit distinctio, ut si litera expedita sint in *Forma dignum antiqua,* seu in forma commissaria, & datus in eis, ut solet, sit certus executor, nequeat Auditor Camere ullo modo se ingerere. Sin autem agatur de literis expeditis in forma gratiosa, in quibus ad petitionem partis dantur in Bulla separata tres executores, possit cumulative procedere, ut sit locus preventionis, modo tamen non sint deputati executores in partibus ultra duas dietas; Rigant loc. cit. num. 22. & plur. sequent. qui una monet, quod in casibus, in quibus Auditor Camere procedere non potest, si partes in eum consentiant, valide procedat.

Frequentes etiam in foro sunt controversie de mutatione executoris literarum apostolicarum. Eadem autem obtinuit distinctio, ut certus executor à Papa datus in literis apostolicis expeditis in *forma dignum, sive antiqua, sive novissima,* non nisi ab ipso Papa mutari queat; Executor vero datus in literis in forma gratiosa, mutari à Signatura queat: Rigant. ibi. d. num. 48. ad plur. sequent.

Executorem literarum apostolicarum posse procedere absque earum exhibitione in cancellaria Episcopi, recte firmavit Auditor num. 10. At vide Rigant ubi supra num. 67. & plur. seq. qui simul refert, Urbanum dictum in sua obedientia VI. fuisse Episcopis, & sanxisse ipsis inconsultis, immo non approbandis, apostolicas literas executioni demandari haud posse, contrarium vero statuisse Bonifacium Papam IX. in sua obedientia nuncupatum, Martinum V. Leonem X. Clementem VII. Tum consule eundem Rigant. eadem loco num. 61. & plur. sequent. de eo quod Auditor num. 24. ait haud posse Episcopum exequi literas apostolicas directas Vicario Generali.

(Denique super literarum apostolicarum executione vid. lit. B. pag. 426. in add. nov. hisp. num. 20. & lit. D. pag. 34. in fin. col. 2. ac pag. 72. in add. hisp.)

EXECUTOR TESTAMENTARIUS.

Vide verb. Testamentum art. 3.

EXEMPTIO.

Exemptio ecclesiasticæ jurisdictionis sui Episcopi non conceditur à S. Congregatione, nisi evidenter probetur sævities contra se exercita, aut justus timor

ne exerceatur; & nec tunc nisi prius addito Ordinario, ipsoque fraterne admonito, ut mitius agat Benedict. XIV. de synod. diæcesan. lib. 13. cap. 10. §. 30.

Tunc autem plerumque nihil fit aliud, nisi ut prohibeatur Ordinarius, ne procedat ad censuras, carcerationem &c. nisi prius obrenta à Congregatione, vel à Metropolitano facultate. Immo si reus in fragranti crimine deprehendatur, tunc non intelligitur subtracta facultas Ordinario procedendi adversus dilinquentem, ut ex decr. S. Congregationis, ibid.

EXEMPTIO REGULARIUM.

Vide verb. Regulares art. 2.

E X E Q U I E.

- 1. Si testator jusserit sepulture mandari corpus suum sine precibus, & psalmis, & missis, associatione Clericorum, candelis ardentibus &c. ejus voluntas non est attendenda, ut decidit S. Rota coram Molines in Roman. Funeralium, die 15. Junii 1699. Benedict. XIV. Institut. eccl. 36. §. 22.
  - 2. Clemens XI. mandavit in edicto, legendo in ejus Bullar. part. 317. ut in associatione funeris cujuscumque serventur leges Ritualis Rom. in tit. de Exequiis, §. Constituto tempore: Prieri tamen potest, ut in aliquo singulari rerum articulo cadaver deferendum sit aliter quam præscribit Rituale; quod tamen fieri non debet absque Episcopi scientia, uti o. g. si deferendum sit cadaver in curru lecto, quod sæpe aliis prohibuit Sacra Congreg. apud Petram in Constitut. Apostolic. tom. 2. num. 20.
  - 3. Parochi associantes funus ad ecclesiam Regularium arceri non debent ab ingressu ecclesie illius cum cruce & stola, ut ex Bulla Benedict. XIII. incip. Pretiosus, de qua vide verb. Parochus art. 3. d. num. 69.
  - 4. Cadavera Sacerdotum, Diaconorum, & Subdiaconorum exponi non possunt in ecclesia alia induta veste, quam Sacra sui Ordinis ex decreto Clementis XI. citat. Institut. 36. §. 26.
- Alia ad rem, vide verb. Cadaver, verb. Candela, verb. Funeralia, & verb. Sepultura.

EXERCITIA SPIRITUALIA.

S U M M A R I U M.

- 1. Affertur epistola encyclica quoad exercitia spiritualia ab Ordinandis, & Monachandis.
  - 2. Affertur alia epistola encyclica, qua Clericis omnibus spiritualia exercitia peragendis per decem dies singulis annis, Indulgentia plenaria, ac plura alia conceduntur.
  - 3. Fratres minores Regularis Observantia, ac Reformati Cimentana familie exercitiis spiritualibus per otiduum vacantes lucrantur indulgentiam plenariam.
- LETTERA della Sacra Congregazione sopra i Vescovi, e Regulari d'ordine d'Innocenzo XI. per li Esercizj spirituali da farsi dagli Ordinandi e Monacando diretta al Cardinal Arcivescovo di Milano, e similmente a tutti li Metropolitaniani da comunicarsi, e farsi osservare da tutti li suoi rispettivi suffraganei.
- La Santità di nostro Signore, che con paterna sollecitudine riflette di continuo a tutti quei mezzi, che possono contribuire alla maggior sicurezza della salute dell'Anime; conoscendo col suo santo zelo, quanto sia necessario un precedente divoto racoglimento di spirito, per degnameate prepararsi, tanto in ordine alli promovendi al ricevimento degli Ordini, quanto rispetto alle Spose di Cristo, al vestir l'Abito, e professar lo stato Religioso; Vuole, e comanda, che tutti li promovendi agli Ordini si minori, come sacri debbano per dieci giorni continui avanti l'Ordinazione riti-

tarsi a fare gli Esercizj spirituali nell'istessa conformità prescritta alli promovendi in Roma nella Costituzione 126. della felice memoria d'Alessandro VII. che comincia *Apostolica Sollicitudo*, e che parimente tutte quelle, che vorranno farsi Monache in qualsivoglia Monastero, anche soggetto a Regulari, in qualsivoglia fare i detti Esercizj spirituali per dieci giorni avanti, che ricevano l'Abito, e siano ammesse al Noviziato. E che li medesimi Esercizj si debbano ripetere per lo spazio di dieci giorni, avanti che siano ammesse alla Professione, alla quale la Santità sua comanda, che non debbano essere ricevute, se prima non averanno adempiuta questa santa preparazione. Desidera in oltre sua Beatitudine, che si procuri con tutte le diligenze possibili, ma con modi soavi, e discreti, che ancora tutte le Monache Professe una volta l'anno almeno per qualche tempo, che si stimerà opportuno, facciano li medesimi Esercizj, per la rinnovazione dello spirito, tanto necessaria a chi non esseri rinchiusa n'Sagri Chiostri deve professare lo stato di perfezione. Resterà per tanto servita V. E. di far pronta esecuzione a comando si santo di sua Beatitudine, mentre per fine le baccio umilmente le mani. Roma 9. Ottobre 1682. Di V. E. — Umitis, e Devotiss. Servit. — C. Card. Fachinezzi. — B. Pantiacchi. Secret.

Epistola encyclica ad universos Italiae, Insularumque adjacentium Ordinarios jussu Summi Pontificis conscripta, qua plura exercitiorum spiritualium opus ipsis maxime commendatur, & Clericis, Sacerdotibus, aliisque Ecclesiasticis illa peragendis plura ex apostolica benignitate indulgentur.

Reverendissime Domine uti Frater. Inter gravissimas pastoralis officii curas, quibus Sanctissimus Dominus Noster assidue premitur, in eo præcipuo studio incumbit, ut quicumque in sortem Domini vocati sunt, præsertim vero Sacerdotes, & animarum Rectores, tum sacrarum literarum, divinarumque rerum scientia, tum etiam vite, morumque honestate ceteris antecellant, ac in omnibus, juxta monitum Apostoli præbeant semper ipsos exemplum bonorum operum in doctrina, in integritate, in gravitate. Cum etenim ipsi sint sanctiora ecclesie membra, dispensatores mysteriorum Dei, christianis populi duces, & magistri, mediatores inter Deum, & homines, lucernæ super candelabrum posite, ut luceant omnibus, qui in domo sunt; Nihil est, quod alios magis ad pietatem, divinumque cultum accendat, quam villorum vita, & exemplum: Omnes siquidem in ipsos, stamquam in speculum, oculos conjiciunt, ut inde sumere possint, quod imitentur. Porro cum diuturna experientia compertum sit, ad retinendam, & conservandamque Sacerdotalis Ordinis dignitatem, & sanctimoniam maxime conducere, ut ecclesiastici viri spiritualibus exercitiis aliquando vacent, quibus quidquid sordidum de mundano pulvere contractum est commode detegitur, ecclesiasticus spiritus reparatur, mentis acies ad divinarum rerum contemplationem extollitur, recte sanctæque vivendi norma vel instituitur, vel confirmatur; Proinde Sanctitas sua pro eximio, quo flagrat, omnium salutis zelo vehementer exoptans, ut plura hoc, & saluberrimum exercitiorum spiritualium opus ubique locorum magnopere frequentetur, ac vigeat, universos Patriarchas, Archiepiscopos, Episcopos, ceterosque tum Italiae, tum etiam Insularum adjacentium Ordinarios enixe admonet, ac in Domino hortatur, ut illud in sua quisque diocesi, quo majori poterunt conatu, & studio promovere satagent; præcipue vero illis districte injungit, ac præcipit, ut quæ dudum san. mem. Innocent. XI. P. M. per encyclicam epistolam à Sacra Congreg. Episcoporum, & Regularium consultationibus præposita ad universos Italiae, Insularumque adjacentium Episcopos datam 9. Octobris 1682. quoad hujusmodi spiritualia exercitia à singulis Clericis decem dierum spatio antequam ad Sacros Ordines assumantur, peragenda mandavit, exacte, ac inviolabiliter observent, & exequi curent, & quos isdem exercitiis per antedicti temporis spatium minime operam dedisse cognoverint, à Sacra Ordinatione repellant penitus & ar-



30 Cause legitime, ob quas licet liberis exheredare parentes, vel alios ascendentes, sunt octo; *cit. Novell. 115.*  
 31 *cap. 4. Prima*, si parentes ad interitum vite liberos suos tradiderunt. *Secunda*, si venenis, aut maleficiis, aut alio modo parentes filiarum vite insidiati fuerint. *Tertia*, si pater nurui suae, aut concubinae filii sui sese carnaliter

immiscuerit. *Quarta*, si parentes prohibuerint filios suos testamentum condere de rebus sibi testari permissis. *Quinta*, si pater uxori suae, vel hec illi venenum praebeat, aut vite insidiatur, filius enim propter hoc flagitium potest parentem reum exheredare. *Sexta*, si liberis, vel uno ex his in furore constituto, parentes eos curare neglexerint.

32

vigesimum quintum aetatis annum haud attingat, priusquam ad sponsalium contractus celebrationem procedat, consilium petere, consensusque paternum perneceesse obtinere debeat: sin minus, matrimoniumque contraxerit, iure successione privati manebunt, etiam ex ipso procreati, in bonis liberis parentum, praeter alimenta eisdem debita, in vinculis, & patronatibus, casu suae successione, solummodo adveniente, omnibus etiam transversalibus extinctis; at vero, qui relatum aetatem tunc temporis excesserint, dumtaxat inest petendi consilium obligatio, & si omiserint, easdem penas haud effugient. Regiae personae, etiamque magnates pro se sunt in obligatione

